



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1858

XVIII. Papst Alexander IV. bewilligt den Minoritenbrüdern für sich freies
Begräbniß, am 3. Januar 1257.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54890](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54890)

delectat extirpare uicia et plantare uirtutes, et apostatas et insolentes uestri ordinis, nisi uestris salutaribus monitis acquiescant, excommunicare, capere ac ligare et carceri tradere, si uidebitur expedire, possitis, auctoritate presentium concedimus facultatem, invocato ad hoc si necesse fuerit auxilio brachii secularis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum. Datum Laterani, V. Kal. Januar., pontificatus nostri anno tertio.

Nach dem Originale in dem archival. Nachlaß des St. Annen-Klosters in Stendal.

XVIII. Papsst Alexander IV. bewilligt den Minoritenbrüdern für sich freies Begräbniß,
am 3. Januar 1257.

Alexander episcopus, seruus seruorum dei, Dilectis filiis Generali ministro et fratribus ordinis fratrum minorum salutem et apostolicam benedictionem. Ita uobis et ordini uestro deferre uolentes, ut non detrahatur iustitiis aliorum, deuotionis uestre precibus inclinati, auctoritate uobis presentium indulgemus, ut in locis, in quibus degitis et celebratis diuina, ad opus fratrum uestrorum dumtaxat habeatis liberam sepulturam. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere uel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datum Laterani, III nonas Januarii, Pontificatus nostri Anno Tertio.

Nach dem Originale im Nachlaß des St. Annenklosters.

XIX. Papsst Alexander IV. untersagt den Augustinern, Brüder des Minoriten-Ordens in ihren
Orden aufzunehmen, am 5. Februar 1257.

Alexander episcopus, seruus seruorum dei, Dilectis filiis prioribus et fratribus heremitis ordinis sancti Augustini et sancti Willibaldi per Alamaniam constitutis salutem et apostolicam benedictionem. Vestram et ordinum uestrorum condecet honestatem, ut ordinate caritatis studio defudantes super hiis, que tanquam ingrata nobis et inimica refugitis neminem offendere presumatis. Hinc est, quod nos dilectorum filiorum fratrum de ordine Minorum supplicationibus inclinati, universitati uestre per apostolica scripta in uirtute obedientie districte precipiendo mandamus, quatenus si quos fratres ipsius ordinis absque suorum ministrorum petita et obtenta licentia recepistis, eidem ordini sine dilatione et difficultate qualibet restituere studeatis. Nos autem ad precludendam uiam similia in posterum presumendi, auctoritate presentium districtius inhibemus, ne pretextu quarumcunque literarum a sede apostolica generaliter uel specialiter obtentarum seu obtinendarum,